



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS  
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione  
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque  
humanae uitae specu//la**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1540**

De pœnitentia cito facienda. Cap. III.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

## SPECVLVM

Sempiternam, nunquam pro eorum remedio dei filius moreretur. Noli ergo uilipendere animæ tuæ passionem, cui a tanta maiestate tantam uides exhiberi cō passionem. Fudit ipse lachrymas pro te, laua & tu per singulas noctes lectum tuum cordis compunctione, & lachrymarum assiduitate. Fudit ipse sanguinē suum, funde & tu tuum quotidiana corporis afflictione. Noli attendere, quid caro uelit, sed quid spiritus poscit. Nam ut dicit Gregorius: Vnde caro ad tempus suauiter uiuit, inde spiritus in æternum cruciatur. Et quod plus caro punitur in hac uita, tanto plus anima gaudebit in futura uita. Aug. Voluntarie nunc pro Christo postponamus quandoq; dimittenda, ne qd absit pro transitorijs amittamus æterna. Si enim tibi diceretur sis toto hoc mense diues & potens & fac quicquid uelis, utere carnis uoluptatibus sicut placet, ea tamē cōditione ut postea tibi oculi eruantur, omne solatium tollatur, toto tempore uitæ tuæ in fame & siti, in omni cruciatu uiuas & miseria, nunqd tale bonū hoc tēpore susciperes? Et quidem tota uita hæc nec mensis est, nec unius diei uel horæ spacium, ad illius infelicitatis æternæ inferni cōparationem, cui neq; finis est, neq; pœnæ similis inuenitur. Hæc Augustinus.

De pœnitentia cito faci-  
enda.

CAP. III.

**Q**VI nō accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus, inquit saluator Matthæi decimo. Per hanc crucem pœnitentia designatur, quā de necessitate quilibet peccator debet suscipere & pœnitentia scrua



seueranter tollere. si in aeterna beatitudine cum Christi  
 cupiat regnare. Vnde Hieronymus in epistola ad  
 Susannam. Necessaria est poenitentia, quae aut aequet  
 crimina aut certe excedat. Et Augustinus: Quisquis **August.**  
 saluari desiderat, quicquid sordis post purum baptis-  
 mum contraxit, oportet quod abluat, saltem lachry-  
 mis mentis. Sed forte dicit: Durus est hic sermo, non  
 possum mundum spernere, & carnem meam odio ha- **Hieron.**  
 bere & castigare. Audi non meam sed gloriosi Hiero-  
 nymi super hoc responsionem: Impossibile est, inquit,  
 ut quis praesentibus & futuris fruatur bonis, ut hic  
 ventrem ibi mentem impleat, ut de delicijs ad delici-  
 as transeat, ut in utroque seculo uidelicet caelo & terra **Grego.**  
 appareat gloriosus. Quam Hieronymi sententiam Gre-  
 gorius confirmat ita dicens: Multi cupiunt auolare de  
 miseria praesentis exilij ad gaudia caeli, sed nolunt ca-  
 rere oblectamentis mundi, uocat eas gratia Christi,  
 sed reuocat eos concupiscentia seculi. Pierique cupiunt  
 mori morte iustorum, sed nolunt uiuere uita eorum:  
 & hi in aeternum peribunt, nam opera illorum sequuntur **Bern.**  
 illos. Item Bern. Austeritas conuersationis sancti Ioa-  
 nis baptistae peccatoribus deliciofis durus nuncius est a-  
 terne mortis. Quid enim nos irrationales fere reptilia  
 terrae insanimus, cum ille quo inter natos mulierum  
 nemo maior surrexit, innocenissimum corpus suum  
 sic affixit, & nos indui preciosis uestibus festinamus,  
 & splendide laute & delicate epulari. Non sic impij non  
 sicutur ad astra. Denique recordare parabolam Lazarum  
 & diuitis illius, qui opum tantum dominus, qui pura  
 & bysso indutus, unam aquae guttam inuenire non  
 potuit ex hoc, cum esset in ardoris necessitate consti-  
 tutus. Haec recordare mi amice, & age poenitentiam,  
 dum tempus est. Nam, ut inquit Gregorius, deus & si  
 pati-



penitenti ueniam spondit, peccanti tamen die crā  
 Penitētia de- finum non promisit. Penitētia est perpetrata mala  
 finitio secū- plangere, & plangenda iterum non cōmittere, id est,  
 dū Gregor. propositum committendi non habere. Vnde Augusti-  
 nus in Soliloquijs: Inanis est penitētia, quam sequēs  
 coinquinat culpa. Nihil profunt lamenta, si replican-  
 tur peccata. Nihil ualet à malis ueniā poscere, & ma-  
 la denuo iterare. Tres autem sunt partes integra-  
 les penitētiæ, scilicet cordis cōtritio, oris confessio,  
 operis satisfactio. Quia enim deum tribus modis of-  
 fendimus, scilicet delectatione cogitationis, impuden-  
 tia locutionis, & superbia operis secundum regulam,  
 ut contraria contrarijs curentur, tribus modis oppo-  
 sitis satisfaciamus, delectationi cogitationis oppona-  
 mus contritionem, impudentiæ locutionis confessio-  
 nem, superbiæ operis satisfactionem. De contritio-  
 ne primo uideamus. Contritio est dolor pro peccatis  
 assumptus, cum proposito abstinendi, confitendi & sa-  
 tisfaciendi. Iste dolor sicut dicit Bernar. debet esse tri-  
 plex, scilicet acer, acrior, acerrimus. Acer debet esse,  
 quia dominum deum nostrū & omnium creatorem  
 offendimus. Acrior, quia patrem nostrum cælestem  
 q nos multipliciter pascit, impugnauius, & in hoc  
 peiores canibus fuimus, qui pascentem se diligunt &  
 sequuntur. Acerrimus uero, quia redemptorem no-  
 strum, qui nos redemit proprio sanguine, & à pecca-  
 ti uinculis liberauit, & à crudelitate dæmonum, &  
 acerbitate geennæ potenter eripuit, quantum in no-  
 bis est, iterum crucifiximus. Sed & de tribus debemus  
 dolere, scilicet de commisso peccato, de omissio bo-  
 no, & de amisso tempore. De uirtute huius contritio-  
 nis sic dicit Augustinus: Plus ualet cordis uera contri-  
 tio, quam totius mundi peregrinatio. Item quadam  
 glosa

Contritio  
 quid.



glosa super Psal. Ad dñm cum tribula. Nescit domi-  
 nus differre, quem compunctū corde sibi senserit sup-  
 plicare: Chrysof. Sola est compunctio quæ facit ani-  
 mam hotrescere purpuram, desiderare cilicium, amā-  
 re lachrymas, fugere risum. Item: Nihil ita glutinat  
 & unit nos deo, ut lachrymæ pœnitentis. E contra ue-  
 ro ut ait Augu. Acriores diabolo dolores non infigi-  
 mus, quā cū plagas pœtorū nostri orū confitendo & pœ-  
 nitendo sanamus. Sed heu cū tanta bona per pœnitenti-  
 tiā cōsequamur, pauci tñ pœnitentiā agunt. Ideo con-  
 queritur dñs per Hieremiā dicēs: Nemo qd bonū est lo-  
 quitur, nullus est qui agat pœnitentiā sup pœtō suo dñ-  
 cens, quid fecit. Nunc de secundo scilicet de confessi-  
 one uideamus. Confessio secundū qd cōiter describi-  
 tur: est legitima corā sacerdote pœtorū declaratio. Et  
 dicitur cōfessio quasi simul uel ex toto uel undiq; fas-  
 so. Nā ille uere cōfiteatur, qui totū fatetur. Vel sic secū-  
 dum Isidorū in li. etymologiarū. Confessio est, p quā  
 latens morbus aīa sub spe uenīe cōsequendæ, in dei  
 laudē aperitur. De uirtute cōfessionis sic dicit Ambro:  
 sup Beati immaculati. Cessat uindicta diuina, si cōfes-  
 sio pcurat humana. Et Cassiodorus super illud Psal.  
 Confiteantur tibi populi deus: Illis non iudex, sed ad-  
 uocatus est Christus, q se propria confessione dāna-  
 runt. Leo papa: Non remanet iudicio cōdēnandū, qd  
 fuerit confessione purgati. Et Augustin lib. de pœni-  
 tentia: Confessio est salus animarū, dissipatrix uitio-  
 rum, restauratrix uirtutum, oppugnatrix dæmonū.  
 Quid plura? Obstruit os inferni, portas aperit paradī-  
 si. Pro his omnibus, o charissime, iuxta consiliū Isaiæ,  
 dic tuas iniquitates ut iustificeris. Initium enim iustī-  
 tiæ, confessio est peccatorum. Oportet aut te confite-  
 ri oīa pœtā tua, quorum memoriā habes integre unī-  
 lacet

Confessio unī  
 de dicta.



## S P E C U L U M

sacerdoti non diuisim, ita ut unam partem de peccatis tuis dicas uni sacerdoti, alteram alteri, quia tunc neuter sacerdos potest tibi conferre remedium salutare, quia sacramentum debet habere unitatem & integritatem, aliter non esset confessio sacramentalis. Ideo dicit Bernardus. Qui confessionem suam diuersis sacerdotibus diuidit, uenia caret. Execranda namque fictio est peccata diuidere, & superficietenus radere, non intrinsecus eradicare. Et tales accipiunt excommunicationem pro absolutione, & maledictionem pro benedictione. Talis diuisio confessionis fit sapius per hypocrisim, quando grauiora peccata dicunt ignotis sacerdotibus, & illi cum quo debent sapius conuersari, dicunt solum leuiora. De talibus dicit Augustinus & ponitur in decretis. Qui confessione diuidit, laudandus non est, quod uni celat alij reuelat, quod est seipsu laudare & ad hypocrisim tendere. Sequitur de tertia parte penitentiae, scilicet de satisfactioe. Satisfactio secundum Augustinum. Est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Nam ut dicit Gregorius, Nequaquam satisfacimus si ab iniquitate cessamus, nisi uoluptates quas dileximus, e contrario oppositis lamentis insequamur. Et ut dicit Chrysostomus. Quia talis precessit offensio, talis debet sequi reconciliatio. Tanto esto pronus ad lamenta, quanto fuisti pronus ad culpam. Quali tibi fuit ad peccandum intentio, talis tibi sit ad poenitendum deuotio. Grauiora peccata grauiora lamenta desiderant. Quia, ut ait Eusebius Emisensis episcopus, non leui contritione agendum est, ut debita illa redimantur quibus mors aeterna debetur, nec perfunctiora opus est satisfactioe pro malis illis propter quae paratus est ignis aeternus. De eodem sic dicit sanctus Basilius in omelia. Grande alicui peccatum &

**Satisfactio**  
**quid,**

**Euseb. emis.**

graue



graue commissum est, grandi sine dubio confessione  
 indiget pœnitentię: Multis & amaris lachrymis intentis  
 pernoctatisq; uigilijs, iugibus continuatisq; ieiunijs.  
 Si leue est delictum, par commissi fit & similis pœnitē  
 tia. Petrus quoq; Blesē. quendam conuersum minus  
 iuste pœnitētem sic hortatur de hoc: Verbum illud sa  
 pientis, à tuæ sinu memoriæ non excidat, fili mi. De  
 indulto & propiciato tibi peccato semper sis sollicitus.  
 Sunt enim pleriq; qui ad perfectū pœnitentiæ sibi suf  
 ficere credunt, quod à sua turpitudine destiterunt, nec  
 recolunt excessus ueteres, quasi spatio tēporis euanue  
 rint, & sola obliuione credunt se cum domino ad ple  
 num de suis iniquitatibus transegisse. In persona hui⁹  
 pœnitentis Iob ad dominum loquens dicit: Signasti Iob. 146  
 quasi in sacco peccata mea. Non tam facile sine fletu  
 & gemitu & cordis acerbo dolore sanantur, qui coa  
 luerunt in medullis præcordiorum, nec leuiter culpa  
 remittitur, nisi cum quantitate peccati humilitas pœ  
 nitentiæ compensetur. Sed heu multi statim fatigan  
 tur in hac uia satisfactionis & respiciunt cū uxore  
 Loth. Contra quos sic dicit Bernardus in quodam ser  
 mone: Qui perfecte senserit onus peccati & animæ læ  
 sionem, ille aut parum sentiet aut omnino non senti  
 et corporis pœnam, nec reputabit laborem, quo pec  
 cata nouerit deleri præterita & cauēri futura. Et Au  
 gust. super Psalm. quinquagesimum: Sunt multi quos  
 peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incre  
 dibilis insania. De uulnere non erubescitis, de ligatu  
 ra uulneris erubescitis. Nonne uulnus fœtidius & pu  
 tridius est? Confuge ergo ad medicum, age pœnitenti  
 am, dic iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū  
 meum contra me est semper, tibi soli peccaui, quia tu  
 solus sine peccato es. P  
tribus



SPECVLVM

Satisfactio  
in tribus cō  
sistit.

tribus, scilicet in oratione, eleemosyna & ieiunio, ut  
iste trinarius contra istum nepharium diaboli trina-  
rium opponatur, oratio contra superbiam, ieiunium  
contra carnis concupiscentiam, eleemosyna contra au-  
aritiam. Vel sic: Omne peccatum uel in deum com-  
mittimus, & contra hoc ordinatur oratio, uel in pro-  
ximum, & contra hoc eleemosyna, uel in nos ipsos, &  
contra hoc ordinatur ieiunium. Hic propter pau-  
peres Christi modicum de uirtute eleemosynæ tanga-  
mus. Eleemosyna componitur ab elemon, quod est  
misericordia & syna, quod est mandatum, id est man-  
datum misericordiæ. Et secundum hoc scribitur per  
e. Sed melius scribitur per i. & tunc dicitur elemosyna  
ab eli quod est deus & syna. Inde elemosyna quasi man-  
datū dei. Ipse enim proprio ore eam mandauit fieri.  
Vñ in Luc. Date eleemosynā & ecce omnia mūda sunt  
uobis. Vel dicit elemosyna ab cil qd est deus & moys;  
quod est aqua, inde elemosyna quasi aqua diuina. Si-  
cut enim aqua extinguit ignem: sic elemosyna ex-  
tinguit peccatum. Hæc Catholicon. Sunt autem  
præcipue tria quæ nos ad eleemosynas siue ad opera  
misericordiæ exercenda debent prouocare. Primum  
est quia misericordia redimit culpā, iuxta illud in Pro  
uerbijs: Misericordia & ueritate redimitur iniquitas.  
Et Danielis quarto: Peccata tua eleemosynis redime.  
Hoc pulchre figuratum est quarti regum capite quar-  
to, ubi scribitur quod mulier quæ congregauit in do-  
mo sua uasa uacua non pauca, parum olei quod ha-  
buit in omnia uasa diuisit, & sic creuit oleū, per quod  
mulier a creditore liberatur. Vasa uacua sunt paupe-  
res, quos in domo debemus congregare. Sicut Isaias  
scribit capite quinquagesimo quarto: Egenos uagos  
induc in domum tuam. Parum autem olei per omnia  
uasa

Pro. 16.



nasa distribuitur. Juxta illud Tobia: Si exiguum tibi Tob<sup>4</sup>  
 fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Inde  
 cum oleum misericordiae crescit per meritum & gra-  
 tiam anima peccatrix creditori suo deo de peccatis  
 suis satisfacit. Secundo eleemosyna bona tempo-  
 ralia multiplicat. Vnde Gregorius in Dialogo: Ter-  
 renæ substantiæ per hoc quod pauperibus distribu-  
 untur, multiplicantur. Exemplum habemus tertio Re-  
 gum decimo octavo, in uidua quæ Heliam pauit, cui  
 propter hoc dominus farinam & oleum multiplicauit.  
 Per quod datur intelligi, quod pauperes magis  
 pascunt eleemosynarios quam econtra. Tertio ele-  
 mosyna siue opus misericordiae in morte eleemosy-  
 narium custodit, & animam eius cum claritate ad re-  
 gnum cælorum perducit. Vnde dicit Ambrosius. So-  
 la misericordia comes est defuكتورum. O quam bo-  
 nus, quam necessarius comes est morienti eleemosy-  
 na. Noli ergo dilecte famulum talem aduocatum  
 post tergum derelinquere, sicut illi qui res suas auare  
 retinētes, nihil in uita sua per manus proprias paupe-  
 ribus distribuunt, sed eas post uitam per manus alie-  
 nas dispensandas disponunt, similes illi qui post ter-  
 gum uult portare lucernam, cum tamen dicit ecclesia-  
 sticus: Ante languorem adhibe medicinam, Idem: An-  
 te mortem benefac amico tuo, id est animæ tuæ, Vel  
 Christo in membris suis, scilicet pauperibus. Præterea  
 est sciendum quod diues a quo petitur eleemosyna de-  
 bet cōsiderare tria. Primo quis eā petit, quia ipsemet  
 dominus. Deus enim tantum diligit pauperes, quod  
 quicquid fit eis propter amorem suum reputat sibi  
 factū. Vnde scribitur Matthæi uigesimo quinto: Quic-  
 quid fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi  
 fecistis. Petit ergo eleemosynam per pauperē suū deus  
 P ij a quo



S P E C V L V M

**Prou. 21.** a quo diues in oratione sua quotidiana petit regnum. Et ideo cum pauperi negat diues elemosynam, time-  
 re debet quod deus nō exaudiet eum, cum petit ab eo  
 regnū cælorum, quia dicit in Prouerbis: Qui obturat  
 aurē suā ad clamorem paupis, & ipse clamabit & non  
 exaudietur. Debet diues secundo considerare quod pe-  
 tit deus qñ elemosynā in suis pauperibus petit, petit  
 utiq; nō nostrū, sed suū. Et ideo ualde ingratus est deo  
 qui pauperi negat necessariā elemosynā, cum de bo-  
 nis dei habeat abundanter. Hoc considerauit Dauid q  
**1. Para. 19.** dixit: Tua sunt dñe omnia, & quæ de manu tua acce-  
 pimus, dedimus tibi. Terrio debet cōsiderare diues  
 ad quid petat deus. Petit reuera per pauperē deus, nō  
 ad dandū, sed ad mutuandū, nec tantū ad triplas imo  
 ad centuplas usuras. Vnde dicit Augu. O homo quid  
 foeneraris homini? foenerare deo tales usuras & centu-  
 plum accipies, & uitā æternā possidebis. Et idcirco mi-  
 nis est ingratus qui ad tales usuras non uult accōmo-  
 dare deo, ad quales mutuaret Iudæo uel Sarraceno.  
**Eccēs. 7.** Pro his omnibus charissime thesauriza tibi per pau-  
 peres in cælo tanq̄ in tuto, opera misericordiæ facien-  
 do in terra. Cor auari est quasi fouea sine fundo, & q̄  
 plus recipit plus concupiscit ut nunq̄ uideatur imple-  
 ta. Iuxta illud Ecclesiastæ: Auarus non implebitur pe-  
 cunia. Attende quod cor sequitur thesaurū. Væ aut̄ il-  
 li qui in terra thesaurizat, qui p̄ consequens cor suum  
 in terra loco tā periculoso exulauit. Illuc ergo dicit  
 Chrysoft. congrega substantiā tuam ubi patriam ha-  
 bes, qui enim collocat thesaurum suum in terra non  
 habet quod speret in cælo. Vt quid enim aspicit in cæ-  
 lum, ubi nihil habet repositum. Illud solum tuum re-  
 puta quod pauperibus erogasti. Non sunt enim homi-  
 nis bona quæ secum deferre non potest. Ambrosius:  
 Nil



Nil tantum commendatur quam miseratio charita-  
 tis. Nō memini me legisse mala morte mortuum, qui  
 libenter exercuit opera pietatis. Leo papa: Ille ad do-  
 minum integros fructus præmittit, à quo nunq̄ pau-  
 per tristis recessit. Tanta est uirtus misericordiæ, ut si-  
 ne ea aliæ uirtutes si sint, prodesse non possint. Quan-  
 uis enim quis fidelis sit & castus, sobrius, & alijs maio-  
 ribus ornatus uirtutibus, si tamen misericors nō est,  
 misericordiam non meretur. Hæc in fauorem paupe-  
 rum de uirtutibus elemosynæ & operum misericor-  
 diæ dicta sufficiant. Nunc ad propositum redeamus.  
 Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est  
 me dignus. Ista crux pœnitentiæ assumenda est cito &  
 in tempore iuuentutis, quia tunc deo magis placet &  
 homini magis, p̄dest. Iuxta illud Ecclesiastici: Memen-  
 to creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Idem: Fili ne  
 tardes cōverti ad dominū, & ne differas de die in diē,  
 subito enim ueniet ira illius & in tempore disperdet  
 te. Sed contra hoc salubre sapientis consilium, diabo-  
 lus immittit homini malam spem longioris uitæ di-  
 cens: Iuuenis es, diu potes adhuc uiuere, in senectute  
 pœnitebis, & tunc facies pœnitentiam, & ibis ad con-  
 fessionem. Multi uero credunt isti aduocato, & pro-  
 mittunt sibi longam uitam proponentes se in senectu-  
 te emēdare, quos mors repētina rap̄ & damnantur.  
 Vnde dicitur in Ecclesiastico: Repromissio neq̄ssima  
 multos perdit. Est ergo sciendum, quod talis pro-  
 missio diaboli longioris uitæ & in senectute pœniten-  
 di nequam est, quia contra ius & rationem, nequior,  
 quia contra ipsum peccatorem: sed nequissima, quia  
 contra dei bonitatem. Primo, quod sit nequā contra  
 ius & rationē, apparet per tria exempla. Primum est,  
 qui haberet quatuor asinos, & totum onus illorum

Ecci. 11.

P iij impo-



## SPECVLVM

**Zacha. 1.**

imponeret debiliori omnium, talis contra iustitiam & rationem faceret. Sic ille qui totum onus penitentiae peccatorum, quæ commisit in quatuor ætatibus, scilicet in a, dolescentia iuuentute, in uirili ætate, & in senectute, uult soli senectuti imponere, quando iam debilis est, & non potest laborare. Et tales merentur maledictionem, sicut dicitur apud Zachariam; Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & immolat debile domino. Sic ille qui fortitudinem suæ ætatis perdit, & debilitatem senectutis proponis immolare domino. Isidorus: Qui tempus congruum penitentiae perdit, frustra ante dei ianuam cum precibus uenit. Secundum exemplum est. Ille qui non potest leuare minus onus, quando fortior est & potentior, & uellet illud leuare, quando multo maius esset, & ipse debilior factus fuisset, merito stultus & iniustus reputaretur. Sic est de illo qui onus peccatorum & penitentiae quando minus est, ipse fortior, scilicet in iuuentute non uult portare, & credit melius portare, quando onus fuerit augmentatum. Talis affligitur illi stulto, de quo dicitur in Vitispatrum, qui scindebat ligna & faciebat de illis sarcinam, & postea tentabat leuare, quando uidebat, quod non poterat de facili portare, deinde scindebat alia ligna & apponebat ad sarcinam, & postea tentabat, & quanto plus ponderabat, tanto plura addebat. Sic faciunt peccatores quando primo sentiunt pondus peccatorum & penitentiae deponunt, statim & peccata peccatis adiungunt, quia sicut dicit Gregorius: Peccatum quod per penitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit. Tertium exemplum est. Ille qui per totam uitam suam cum magnis sumptibus parat sibi domum, ubi non intenderet morari ullo modo, & domum in

**Grego.**



quauellet habitare in perpetuū destrueret pro posse  
 suo, talis aperte faceret contra rationem, & ideo me-  
 rito stult<sup>9</sup> & insanus deberet reputari. Sed talis est pec-  
 cator, qui usq; ad mortem differt conuertri. Ipse enim  
 per totam uitam suam parat domū suam in inferno,  
 cum tamen nullo modo ibi habitare uelit. Vnde dicit  
 Paulus Apostolus. Qui facit contra conscientiam su-  
 am ædificat ad geennā. Secundo quod ista repromis-  
 sio longioris uitæ nequior est, quia contra ipsum pec-  
 catorem, apparet per duo notabiliora exempla. Pri-  
 mum est, quia ille qui plus diligeret se infirmum quā  
 sanum, seruum quam liberum, nihil habentem quam  
 omnium bonorum esse participem, talis iniquus esset  
 cōtra seipsū. Talis est peccator qui tardat agere pœnā  
 tentiam, quia plus diligit se in peccato, quod est infir-  
 mitas spiritualis. Vel potius mors dicenda est. Vnde  
 peccator intantum impius est contra seipsū, quod ma-  
 gis diligit se mortuum quam uiuum seruum quam li-  
 berum, malum quam bonā. Vnde dicitur Ioannes in  
 epistola sua: Qui peccatū facit, seruus est peccati. Au-  
 gust. Bonus homo etiam si seruit, liber est Malus ho-  
 mo si regnet seruus est non unius hominis, sed quod  
 peius est tot dominorum quot uiciorum. Secundū ex-  
 emplum, Ille qui deberet magnam pecuniam ad usū-  
 ras quæ quotidie cresceret, & posset persoluere & tñ  
 tardaret quantū posset, talis faceret contra seipsū.  
 Sic est in pposito: Mora enim in pētis tanq̄ debitū cur-  
 rit ad usuras, quia quanto diutius fuerit in peccatis,  
 tanto plus soluet de pœna, unde in Apocal. Quantum  
 se glorificauit homo & in delicijs fuit, tantum date eī  
 tormentū & luctū. Tertio, q̄ ista pmissio lōgioris ui-  
 tæ sit nequissima, q̄ cōtra dci bonitatē apparet p tria  
 notabilia exēpla. Primū exēplū est. Si aliquis iuuenis  
 dominū suū cui seruire teneret, a quo sua omnia habe-



## S P E C V L V M

ret per totam uitam suam impugnaret, & inimico domini sui seruiret, & postea senio confectus in fine uite sue uellet domino suo seruire, & suum seruitium ei offerret, iniquus contra dominum suum esset, nec multum domino suo tale seruitium placeret. Sic est peccator qui offendit deum peccando, & seruit inimico diabolo in iuuentute, & in senectute proponit seruire deo: Secundum exemplum est: Si aliquis recepisset bona maxima à domino suo ad multiplicandum & lucrandum, et quod ipse deberet habere totum lucrum, & illa bona superflue expenderet, & pro nihilo daret in contemptum domini, talis impie ageret & contrarietatem domini sui ingratus esset. Sic est peccator qui corpus & animam sensus animæ, uires corporis, temporalia bona, spacium uite, & alia multa et magna beneficia recepit a deo, & omnia ista expendit in contumeliam creatoris peccando multipliciter, aperte facit contra bonitatem dei. De anima quæ tradita est nobis à deo quasi thesaurus preciosus, sic dicit Bernardus: Ve mihi si talentum mihi traditum, animam meam negligenter seruauero, precioso sanguine agni immaculati appreciatum. De tempore sic dicit idem: Non est tibi tempus impensum, quod non à te exigitur qualiter fuerit expensum. Tertium exemplum est. Si aliquis dispensator bonorum alicuius domini, bonum panem bonum uinum, & meliora cibaria daret extraneis & inimicis domini sui, & domino suo daret ad comedendum de pane corrupto de furfure & de putridis carnibus & piscibus, daretque ei ad potandum de fecibus uini sui, talis impie ageret contra dominum suum. Sic est peccator qui illud quod pulchrius est & melius de uita sua, scilicet iuuentutem & fortitudinem suam dat mundo & diabolo qui sunt inimici Christi, & quod  
pej



peius est) scilicet nouissimum uitæ suæ, proponit deo domino suo dare. Non sic faciebat Dauid qui dicebat: Fortitudinem meã ad te scilicet seruiẽdum custodiã. Vñ dicit ecclesiasticus: Noli domino offerre feces senectutis, sed uinum libaminum floride iuuetutis. De peccatoribus pœnitentiã differentibus sic dicit Grego. Satis alienus est a fide, qui ad agendum pœnitentiã tempus senectutis expectat, cum nullum diẽ uitæ suæ in sua habeat potestate. Idcirco iuxta cõsiliũ Isidori, finare debet ad deum unusquisq; pœnitẽdo, dum potest, ne si dum potest noluerit, omnino cum uoluerit tarde nõ possit. Igitur festina ad pœnitentiã charissime, ne tardaueris, ut non cum fatuis uirginibus finaliter excludaris.

*De contemptu seu odio mundi*

CAP. III.

**N**OLITE diligere mundũ, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, nõ est charitas patris in illo. Et mundus transit & concupiscentia eius: scribitur in prima canon. Ioan. 2. cap. Hęc uerba pertractans beatus Augusti. sic dicit: Quid uis utrum amare temporalia & transire cum tempore, an mundum nõ amare & in æternum uiuere cum deo. Amas seculũ absorbebit te, amatores suos uorare nouit non portare. Nota quod mundus est excommunicatus, quia sicut pro excõmunicato in ecclesia non oratur, sic nec Christus orauit pro mundo, qui tamẽ pro crucifixoribus suis orauit. Vñ dicit in ulmo sermone pro ipsis, scilicet discipulis, nõ pro mundo rogo. Stultum est tali domino seruire, qui in fine seruum nudum & sine mercede eijcere consueuit. Sic facit mundus. Vnde le-

1. Ioan. 2.